

www.e-rara.ch

Biblia Veteris ac Novi Testamenti

Pagnini, Sante

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Prophetia Aggaei, [...]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- tui, non videbis malum vltra.
- 16 In die illo diceretur Ierusalem, Ne timeas: *Sion ipsi*, Ne debilitentur manus tuæ.
- 17 Iehouáh Deus tuus in medio tui potens, seruabit te: gaudebit super te lætitia, filebit eo quod diligat te, exultabit super te cum cantico.
- 18 Dolore affectos præ tempore congregabo, qui ex te fuerint: nam onus super te erit opprobrium.

- 19 Ecce ego contufurus sum omnes affligentes te tempore illo, & seruabo claudicantem, eiectamq; congregabo: & ponam illos in laudem, & in nomen in tota terra pudoris eorum.
- 20 Tempore illo adducam vos, tempore quoque illo congregabo vos: dabo enim vos in nomen & laudem inter omnes populos terræ, quum conuerterero captiuitates vestras in oculis vestris, dixit Iehouáh.

Mich. 3. 6. 7

Prophetia Aggæi, Hebraicè אגאי

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.

1 Incepit Aggæus Iudeos qui neglecto templo, propria edificia curabant. 6 Incommoda eorum ob dilationem operis recenset. 12 Zorobabel & Iesus Sacerdos, excitati à Domino opus aggrediuntur.



ANNO Secundo Dariæus Regis, mēse sexto, die prima mēsis, fuit verbum Iehouæ in manu nHaggai prophætæ ad Zerubabél filiū wSalthiæél ducem Iehuda, & ad Iehouá

- wúay filium Iehouá dác sacerdotem magnū, vt diceret,
- 2 Sic dixit Iehouáh exercituum dicendo, Populus iste dixit, Nondum tempus venit, repus inquam Domus Iehouæ vt ædificetur.
- 3 Fuit itaque verbum Iehouæ in manu nHaggai prophætæ, vt diceret,
- 4 Nunquid ò vos, tempus vobis aduenit vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista est deserta?
- 5 Nunc ergo sic dixit Iehouáh exercituum, Ponite cor vestrum super vias vestras.
- 6 Seminabitis multum, & inferetis parum: comedetis, & non saturabimini: bibetis, & non inebriabimini: induetis vos, & non calefietis: & qui se locauerit mercede, locabit se mercede quæ erit ac si decideret in sacculum pertusum.
- 7 Sic dixit Iehouáh exercituum, Ponite cor vestrum super vias vestras.
- 8 Ascendite in montem, & adducite illinc ligna, & ædificate domum, & complacebo mihi in ea, & glorificabor, dixit Iehouáh.
- 9 Respicietis ad multū, & ecce parum: & intulistis ipsam in domum: at exufflo illud, Quia de causa, dixit Iehouáh exercituum? Propter dōmum meam quæ est deserta, vos autem curritis quisque in domum suam.
- 10 Propterea super vos clausit se cælum ne daret nobis rorem: terra quoque clausit se ne fructum suum ederet.
- 11 Et vocaui siccitatem super terram hanc, ac super montes, & super triticum, & super vinū, & super oleum, quin & super uniuersa quæ profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

- 12 Audiuit autem Zerubabél filius wSalthiæél, & Iehouá dác filius Iehouá dác sacerdos magnus, cum ceterisque reliquis populus vocem Iehouæ Dei sui, & verba nHaggai prophætæ, sicut miserat eum Iehouáh Deus eorū, timuitq; populus à facie Iehouæ.
- 13 Dixit itaque nHaggai legatus Iehouæ in legatione Iehouæ, populo, dicendo, Ego vobiscum sum, dixit Iehouáh.
- 14 Et suscitauit Iehouáh spiritum Zerubabél filij wSalthiæél ducis Iehudáh, & spiritum Iehouá dác filij Iehouá dác sacerdotis magni, & spiritū totius reliqui populi: & ingressi sunt, & fecerunt opus in domo Iehouæ exercituum Dei sui.

CAPVT II.

1 Futurum dicit, vt gloria secundi templi maior sit quam fuerit prioris, ob Christi aduentum. 11 Sacrificia eorum, & opera omnia polluta adferit. 16 Vt opus templi negligentibus erant aduersa omnia: ita restaurantibus, se benedicturum promittit Dominus. 12 Prophetia de Christo sub typo Zorobabel.

- D**ie vicesima & quarta mensis, in sexto, anno secundo Dariæus Regis,
- 2 Septimo mēse, vicesima & prima eiusdem fuit verbum Iehouæ in manu nHaggai prophætæ, dicendo,
- 3 Dic nūc ad Zerubabél filium wSalthiæél ducem Iehudáh, & ad Iehouá dác filium Iehouá dác sacerdotem magnum, & ad residuum populi, dicendo,
- 4 Quis est ex vobis reliquus qui viderit domū istam in gloria sua priorem, & qualem videtis eam nunc? nōne sic est ac si non esset in oculis vestris?
- 5 Nunc autē roborate ipsum Zerubabél, dixit Iehouáh, roborate te quoque Iehouá dác filij Iehouá dác sacerdos magne, & roborate te vniuersa plebs terræ huius, dixit Iehouáh, & operamini: quoniam vobiscum sum, dixit Iehouáh exercituum.
- 6 Et faciam verbū quod pepigi vobiscum quū egredere mini ex Misraim: Spiritus quoque meus stabit in medio vestrum: ne timeatis.
- 7 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, Adhuc vnus pusillum est, & ego comouebo cælum & terram, ac mare & aridam:
- 8 Commoueboque omnes Gentes, & veniet desiderium omnium Gentium, ac replebo domum istam gloria, dixit Iehouáh exercituum.

Heb. 12. g. 26

Deu. 28. d. 38
Mich. 6. d. 15
B

C

B

- 9 Meum est argentum, & meum est aurum, dixit Iehouáh exercituum.
- 10 Maior erit gloria Domus huius posterioris, gloria prioris, dixit Iehouáh exercituum: & in loco isto dabo pacem, dixit Iehouáh exercituum.
- 11 Vicesima & quarta die mensis noni, anno secundo Dariáueus fuit verbum Iehouæ in manu nHaggái prophetæ, dicendo,
- 12 Sic dixit Iehouáh exercituum, Interroga nunc Sacerdotes Legem, dicendo,
- 13 Si tulerit quilibet carnes sanctificatas in ora vestimenti sui, & tetigerit ora sua panem, aut pulmèrum, vel vinum, aut oleum, siue quemlibet cibum, nunquid sanctificabitur? Et responderunt Sacerdotes, dixeruntque, Non.
- 14 Et dixit nHaggái, Si tetigerit immundus ob cadauer humanum aliquod illorù, eritne immundus? Et responderunt Sacerdotes, dixeruntque, Immundus erit.
- 15 Cœpit itaque nHaggái dicere, Sic populus iste, & sic gens ista est coram me, dixit Iehouáh, atque sic omne opus manuum eorum: & quicquid offerunt illic, immundum est.
- 16 Nunc igitur ponite quæso cor vestrum à die hac & suprâ, antequam ponerent operarij lapidem super lapidem in templo Iehouæ.
- 17 Antequam essent in eo opere, veniebat agricola

ad aceruù viginti modiorum, & erat decem modiorum: veniebat quoque uinitor ad torcular, ut hauriret quinquaginta cados uini è torculari, & erat viginti:

- 18 Percussi vos ariditate & robigine, & grandine, omne opus manuum vestrarum, & non conuertebatis vos ad me, dixit Iehouáh.
- 19 Ponite nunc cor vestrum à die ista, & suprâ, à die inquam vicesima & quarta mensis noni, hoc est à die qua fundatum est templum Iehouæ ponite cor vestrum: D
- 20 Num adhuc est semen in horreo ipso? præterea nõdum vitis, & ficus, & malogranatum, & arbor oleæ protulit fructum: à die hac benedicam.
- 21 Et fuit verbum Iehouæ secundo ad nHaggái vicesima & quarta die ipsius mensis ut diceret,
- 22 Dic ad Zerubabèl ducem Iehudáh, dicendo, Ego commoturus sum cælum & terram:
- 23 Et subuertam solium regnorum, ac disperdam robur regnorum Gentium, subuertamque currus & ascensores eorum, & descendent equi & ascensores eorum, quisque gladio focii sui.
- 24 In die illa, dicit Iehouáh exercituum, tollá te Zerubabèl fili wSealthièl serue mi, dixit Iehouáh, & ponam te tanquam signaculum: quia te elegi, dicit Iehouáh exercituum. Eccle. 49 c. 13

Prophetia Zachariæ, Hebraicè זכריה

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.

1 Monet populum ut conuertatur ad Dominum, & parentum scelera vitet. 8 Christum præfiguratur & apostolos. 14 Iudeorum liberationem promittit. 18 In aduersarios populi Dei.

1 **M**ENSE OCTAuo, anno secundo Dariáueus, fuit verbum Iehouæ ad Zechariáh filiù Berechiáh filij wIddó Prophetæ, dicendo,

2 Iratus est Iehouáh cõtra Patres vestros ira.

- Malac. 3. b. 7 3 Dic itaque ad eos, sic dicit Iehouáh exercituum, Cõuertimini ad me, dixit Iehouáh exercituum: & cõuertar ad vos, dixit Iehouáh exercituum.
- Esaiæ 21. b. 8. 4 Ne sitis sicut Patres vestri ad quos clamarunt Prophetæ illi priores, dicendo, Sic dicit Iehouáh exercituum, Cõuertimini nunc à viis vestris malis, & ab operibus vestris malis: & non audierunt, neque attenderunt mihi, dixit Iehouáh.
- Osce 14. a. 2 5 Patres vestri vbinam sunt? & Prophetæ illi nunquid in sempiternum viuent?
- Ioel 2. c. 12 6 Veruntamen verba mea & statuta mea quæ mandauì seruis meis Prophetis, annon apprehenderunt Patres vestros? conuersi enim dixerunt, Quemadmodum cogitauerat Iehouáh exercituum facere nobis secundum vias nostras & secundum opera nostra, sic fecit nobiscum. B

- 7 Die vicesima quarta vndecimi mensis (is est mensis wSebat) anno secundo Dariáueus, fuit verbum Iehouæ ad Zechariáh filiù Berechiáh filij wIddó Prophetæ, dicendo,
- 8 Vidi nocte, & ecce vir equitatis super equum rufum, & idem stabat inter myrtos quæ erant in profundo: & post eum erant equi rufi, varij & albi.
- 9 Et dixi, Quid sibi uolunt isti, domine mi? Dixit itaque ad me Angelus ille qui loquebatur mecum, Ego ostendam tibi quid sint isti.
- 10 Respondit autem vir ille qui stabat inter myrtos, & dixit, Hi sunt quos miserat Iehouáh ut perambularent terram.
- 11 Et responderunt Angelo illi Iehouæ qui stabat inter myrtos, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce tota terra habitatur, & quiescit. C
- 12 Et respondit Angelus Iehouæ, & dixit, O Iehouáh exercituum, quousque non misereberis Ierusaláim & urbium Iehudáh, quibus iratus es iam septuaginta annos?
- 13 Et respondit Iehouáh Angelo illi qui loquebatur mecum verba bona, verba consolatoria.
- 14 Dixit autem ad me Angelus qui loquebatur ad me, Clama dicendo, Sic dicit Iehouáh exercituum, Zelo Ierusaláim & wSión zelo magno.
- 15 At ira magna irascor cõtra Gentes illas quietas: nam iratus eram parum: ipsi verò adiuuerunt in malum.
- 16 Propterea sic dicit Iehouáh, Reuersus sum ad Ierusaláim cum miserationibus: domus mea D